Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



91

custodia tamen ueritatis integritatis similiter explicasse
possit hoc sicut dixi facillime credi. primo uerit quod matheus
in monte dicit. hunc habitum esse sermonem a dno sedente.
Lucas autem in loco campestri a dno stante. haec itaq: diuer
sitas facit uidere alium fuisse illum alium istum.
Quidenim prohibet xpm alibi quaedam repetere quae
antea iam dixerat aut iterum quaedam facere
quae antea iam fecerat. Non sane istos duos sermo
nes quorum unum matheus alterum lucas inseruit
longi temporis distantia separari. hinc probabiliter
creditur quod et ante et postea quaedam similia uelle
dem ambo narrarunt ut non absurde deputentur eorum
narrationes. haec inter ponentium in eisdem locis et di
ebus esse uersatus. quam matheus hoc tradit et secutae
sunt eum turbae multae de galilea et decapoli et hierosolimis
et iudea et de transiordanen. Uidens autem turbas ascen
dit in montem et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius
et aperiens os suum docebat eos dicens. beati pauperes
spu qnm ipsorum e. regnum caelorum. et cetera. hic
potest uideri multas turbas uitare uoluisse et ob hoc ascen
disse in montem tamquam secedendo a turbis ut solissimus discipu
lis loquor et ut cum eis uidetur adtestari et iam lucas tanta ran
factum e. autem in illis diebus egit in montem orare et erat
pernoctans in oratione dei et cum dies factus esset uocauit dis
ciplos suos et elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos nomi
nauit sr monem quem cognominauit petrum et andream
fratrem eius iacobum et iohannem philippum et bartholo
meum et thoman iacobum alphei et sr monem qui uocatur
zelotes iudam iacobi et iudam scarioth qui fuit proditor et des
cendens cum illis stetit in loco campestri et turba discipu
lorum eius et multitudo copiosa plebis a omni iudea
et hierusalem et maritima tyri et sidonis quae uenerunt